



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

Coloniæ Agrippinæ, 1687

Monitum octavum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

ab omni eo, quod nomine mei Patris cœlestis
mihi imperatum fuerit.

11. Prō : Justissimū est, amantissime Deus, ut omnis creatura seipsum excœceret, ut tuam simpliciter sequatur voluntatem ; Quis enim ego sum, qui Dei voluntatem examinare præsumam ?

12. In me integerrimè regna, Domine, voluntasque tua mihi superioris mei voce denunciata in metam perfectè compleatur atque exactissimè ab Angelis in cœlo tibi obtemperantibus perficitur.

Monitum septimum.

Nil obstante præcedenti monito, majorem næquo violentiam in formandis hujusmodi conceptibus, ac producendis actibus adhibere nemo debet ; si motiva non suggerit intellectus, sed satis eo cau erit, Deum orare simpliciter, atque cum affectu, ut nobis concedere dignetur illam virtutem, eo fine simpliciter & ingenuè exponendo desiderium illius, quo flagramus, obtestandoque, ut ipsum, si infirmus forte fuerit, adaugescat.

Monitum octavum.

PRæter ea ; quæ diximus, omnia, superest alius excellenter in Dei præsentia ambulandi modus, qui situs est in eo ; ut ipsum queramus atque inveniamus in nobisipsis ; ubi fidei certitudine ipsum novimus esse per suam immensitatem, atque ubi confidimus, quantum quidem de justificatione nostra certi esse possumus, ipsum per gratiam suam residere.

Con-

*Excellens
modus
præsentia
Dei.*

Consequenter ad istam fidem anima, quæ cunctas potentias suas colligit, eas ab omni cogitatuum atque objectorum exteriorum genero abstractas intra seiphas, atque ad attendendum quod Deus illic facit, revocando, solet in seipsa experiri dispositionem quandam valde tranquillam, sub qua Deum persentiscit præsentem, ac nescio quid cœlestis operationis ipius degustat. Cuncta sua colloquia in intus penetralibus suis ad ipsum dirigit, ad illum audiendum quam loquendum ipsi paratior, illum in omnibus consulit, sollicitèque cunctos cordis sui aditus observat, ne forte quid subingrediatur, contristare ipsum quod possit.

Hinc ordinariè plus ultrâ attrahitur in Regionem summè pacificam, intimæque quietis plenissimam, desiderio tamen efficacissimo toris viribus amandi eum, cuius persentiscit suavissimam, potentissimamque oblectationem atque attractionem, stipatam.

Istud est initium vitæ mysticæ, quia de in se- *Initium* cundo directorii nostri tomo acturi sumus. De *vita my-*
illa pro nunc sufficiat dicere, et si status iste *stica*.
præcedentibus multò minus videatur activus, non minus tamen, imò multò magis esse sanctum. Simplex porrò Dei intuitus occulto quodam affectu ac desiderio, quo anima fervet ei se totam uniendi illum amandi, illique in omnibus satisfaciendi absque hujus aut illius distinctione, comitatus plus dicit mille aliis aetibus, cæteris in statibus elicitis. Adeò ut quod purum videtur esse silentium, reverè sit plenum vivacissimis expressionibus atque mi-
rabi-

2014

400 MONITA CIRCA PRÆS. DEI
rabilibus eructationibus illis, quas Scriptura
sacra æquè ac mystici tantopere collaudant.

Huc qui per venerint, semper ambulant in
profundissima recollectione, tanquam Deum
in seipsis portantes, tantâ cum reverentia ac
modestia, ut satis appareat, illos à Deo, ac De-
um possideri ab ipsis. Adhæc internâ suavi-
tate potiuntur omnino admirabili, deque illis
dici potest, quod David inquietabat: *Domine,*

*Ps. 88. 17. in lumine vultus tui ambulabunt & in nomi-
ne tuo exultabunt totâ die. Abscondes eos in
abscondito faciei me à perturbatione homi-
num.*

Ista sunt Regionis confinia, cuius posses-
sionem spectant omnia orationis ac præsentis
Dei exercitia, de quibus hactenus locuti su-
mus, quibusque si serio & constanter Fratres
nostrí se addicant, promittere illis possumus
ali quando futurum, ut per felicem ad sanctum
contemplationis montem accessum videant

Deum Deorum in Sion. Faxit
hoc Deus.

F I N I S.

